



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 14. Patris Bencii Jesuitæ extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

dinalem Austriacum Coadjutorem habuit: demum vero die Dominica vigesima Novembris Madriti ferme in octogesimo primo ætatis suæ (*) anno animam Deo reddidit, multis aureorum millibus in pauperum levamen testamento relictis.

Sæcul. XVI.
A. C. 1594.

§. XIV.

Patris Bencii Jesuitæ extrema.

Inter ecclesiasticos Scriptores pariter nonnulli hunc annum sibi exitialem habebant, quos inter primo loco recensendus venit Franciscus Bencius Aculæ suæ familiæ oppido in Etruria natus, qui Romæ literis operam navans Marcum Antonium Muretum Magistrum habuit, eique arcta amicitiae necessitudine devinctus auctor exstitit, ut sacræ militiæ nomen daret, ac Sacerdotio initiaretur: porro postea ipsemet Bencius Societatis Institutum amplexatus Pauli nomine, quod Parentes indiderant, relicto, Franciscus appellari Gg 3 voluit,

Thu. l. 109.
Aleg. Bibl.
Script. Soc.
Baill. jugem
des Sçavents

(*) Hic typis error irrepisse deprehenditur; cum enim Continuator hunc Cardinalem anno Christi 1504. 2. Januarii natum, hoc autem anno 1594. mortuum refert, certe non anno octogesimo primo, sed saltem nonagesimo decessisse constat, hinc verius Ciaconius testatur, illum, cum jam nonagesimum attigerat annum, in cælum migrasse.

The Libr.
of the
Royal
Academy
of Sciences
Paris
1793

Sæcul. XVI.
A. C. 15

voluit, atque virtute, & eruditione eminens, æque apud Principes, quam literatos ob morum suavitatem, atque ingenuitatem magnum sibi nomen conciliavit, scripsitque varios libellos tam soluta, quam ligata oratione, ac præcipue quatuor volumina *annuarum literarum Societatis Jesu*, præter quoddam poema, cui titulus: *quinque Societatis Jesu Martyres in Indiis*. Reliquit etiam varios sermones, & carmina, ex quibus acris ingenii ejus præstantia elucet. insuper funebrem orationem habuit in exequiis Mureti olim sui Magistri: ipse vero Bencius Romæ anno ætatis suæ quinquagesimo secundo die sexta Maji ex hac vita migravit.

§. XV.

Gerardi Mercatoris decessus.

*Thu. l. 109.
Vol. Andre
in Bibl. Belg.
Melch.
Adam vit.
Germ. Philof. Posssev.
Bibl. select.
l. 2.*

Quamvis Gerardus Mercator Geographiæ scientiam antea valde neglectam novis suis, eruditisque inventionibus plurimum illustraverit, sibi quæ exin magnam laudem comparavit, nequaquam tamen in hac nostra Historia eidem locum vendicaremus, nisi editis quibusdam Theologicis operibus hunc honorem promeritus fuisset. Porro eruditus hic Vir Rupelmundæ in Belgio Gueldriæ Ducatus oppido natus Lovanii percurso studiorum curriculo jam ex primæ-